

ferum in igne positum mollescit
Sic homines fortes in suo proposito
 ignis concupiscentie mollescere fa-
 cit. **I**ta quidam religiosi non con-
 stant: qui dum in suis ecclesiis mu-
 lierum audiunt confessiones: cum ta-
 tummodo ad perfectam confessionem
 et integram penitentiam coniungendo:
 ipsas debent constanter excitare: ex-
 tra qualitatem confessionis cum ipsis
 frequenter colloquuntur et sic aliqui
 quantumcumque firmi et duri molles-
 cunt et titubant. **I**tem ferreas
 mentes libido domat. **I**n percussio-
 ne duorum lapidum frigidorum ignis
 excutitur. **S**ic etiam ex nimia fami-
 liaritate virorum et mulierum licet in
 principio videantur frigidum per ma-
 lam concupiscentiam inflammantur.
Quis frigidior esse poterat quam qui in
 extremis laborabat. **D**e quo dicit
 Gregorius in dya. quod quedam mulier cum
 facie sibi appropinquaret: ut sci-
 ret an adhuc spiraret: ille voce quam
 posuit exclamavit. Recede mulier
 recede. tolle paleam. adhuc viget
 ignisculus. **M**ucus etiam dealbatus quam-
 vis ex candela non oburat: tamen de-
 migrat. **S**ic etiam quamvis aliqui non
 oburantur ex mala concupiscentia: tamen
 ex nimia familiaritate demigrantur
 infamiam vel aliquo modo in conscientiam
 quam non habent ad deum sinceram. **I**te-
 ro. **C**rede mihi: non potest cum deo toto
 corde ambulare qui feminarum ac-
 cessibus copulat.

dominica quadragesime.
Sermo primus

Videtur est ihs in deser-
 tu a spiritu temptare et
 Mat. iii. dicebat
 dyabolus per scripturas
 et prophetas dei filium in mundum esse
 venturum et humani generis sibi domi-
 num ablatum. **A**udiens autem se dicit
 Cuius in christi nomine angelus pasto-
 ribus nuntiavit. angelorum multitudi-
 nem iubilantem. **I**ohannem digito de-
 monstrantem. patrem in baptismo tes-
 tificantem. spiritum sanctum in specie colum-
 be descendentem. et nunc etiam. xl. die-
 bus a noctibus ieiunantem: eum
 esse filium dei suspicatus est. **S**ed per
 modum videns eum esurire dei filium
 ipsum esse dubitavit. **N**on enim cre-
 debat dei filium posse esurire. **V**oles
 ergo experiri utrum esset dei filius vel
 purus homo. et sciens quod primum hominum
 tribus telis perstravit: cogitavit eis
 de telis istum aggredi. et si vivere
 non poterit: filius dei esse videbitur.
Nam sic dicit origenes in ome. dyabolus
 primum hominem in tribus peccatis
 temptavit et vicit. **D**e gula. cum de
 fructu ligni vitium ipsum manduca-
 re suavisit. **D**e vana gloria cum dicit.
Eritis sicut dii. **E**t de avaricia cum
 dicit. scientes bonum et malum. **S**icut
 enim avaricia est immoderatus appe-
 titus pecunie. sic etiam est immoderatus
 appetitus sancte. **E**odem modo christum
 temptavit primum de gula. **S**i fili-
 us dei es: dicit ut lapides isti acci-